



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XXIII. De his qui apud haereticos poenitentiam acceperunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

372 INNOCENTIVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP.

uocent, nisi ad Africana Concilia, vel ad primates
prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui
putauerit appellandum, a nullo intra Africam in
communionem suscipiatur.

XXIII.

Placuit, vt quicumque conuersus ab hæreticis,
dixerit se apud eos pœnitentiam accipere, vnuſ-
quisque catholicus episcopus requirat, vbi & ob
quam causam apud eosdem hæreticos pœniten-
tiam suscepit: vt cum documentis certis hoc ip-
sum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut
eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus
pœnitentiæ vel reconciliationis decernat.

XXIV.

Cod. Can.
cap. 12.
Conc. Afr.
cap. 88.
16. quæſt. 3.
Placuit, vt
quicun-
que. Item placuit, vt quicumque negligunt loca ad
suam cathedralm pertinentia, in catholicam vni-
tem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis e-
piscopis, vti id agere non morentur. Quod si intra
sex menses a die conuentionis, non hoc fecerint:
qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant: ita ſa-
ne, vt ſi ille, ad quem pertinuisse videbantur, pro-
bare potuerit, magis illius ele&tam negligentiam ab
hæreticis, impune vt ibi ſint, & suam diligentiam
fuiffe præuentam, vt eo modo eius cura * folertior
* vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint,
ſuæ cathedralæ loca restituant. Sane, ſi episcopi, inter
quos cauſa versatur, diuersarum ſunt prouinciarum,
ille primas det iudices, in cuius prouincia eſt locus,
de quo contenditur. Si autem ex communi placi-
to vicinos iudices elegerint, aut * duo elegantur, aut
tres. Quod ſi tres elegerint, aut omnium ſenten-